Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8342
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



sue gratiam largiat. Lectio
fratres Ad Corinthios
Convenientibus vobis
in unum iam non est dominicam
cenam manducare. Unus
quisque enim suam cenam
sumit ad manducandum
et alius quidem esurit
alius autem ebrius est. Nun
quid domos non habetis
ad manducandum et bi
bendum aut ecclesiam dei con
temnitis et confundi
tis eos qui non habent. Quid
dicam vobis laudo vos in
hoc non laudo. Ego enim
accepi a domino quod et tra
didi vobis quia dominus ihesus
in qua nocte tradebatur
accepit panem et gratias
agens fregit et dixit
accipite et manducate
hoc est corpus meum quod
pro vobis tradetur hoc facite
in meam commemorationem
similiter et calicem post
quam cenavit dicens.
Hic calix novum testa
mentum est in meo sangui
ne hoc facite quotiescum
que libetis in meam
commemorationem. Quotiescum
que enim manducabitis
panem hunc et calicem bibe
tis mortem domini annun
tiabitis donec veniat ita
que quicumque manducaverit
panem vel biberit calicem
domini indigne reus erit
corporis et sanguinis
domini probet autem seipsum
homo et sic de pane de
beat et de calice bibat.
Qui enim manducat et
bibit indigne iudicium
sibi manducat et bibit
non dijudicans corpus
domini. Ideo inter vos multi in
firmi et infirmes dormiunt
multi. Quod si nos met
ipsos dijudicaremus non
utique iudicaremur. Dum
iudicamur autem a domino ca
ripimur ut non cum hoc mun
do damnemur. Gradualis
tus factus est pro obedi